UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris Petri Marchantii

Zurmöllen, Heinrich

Neuhusii, 1677

Titvlvs XXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9734

Visual Library

TITVLVS XXV.

De Coquis.

Articulus Vnicus.

De peccatis Coquorum.

1. COci peccant indirecte, ſi in condimento Ciborum, omnis frugalitatis & temperantiæ humanæ modos excedant; ſive ille modus in exceſſu pretii & impenſarum prodigarum: ſive in incentivo gravi carnis & appetitus aut concupiſcentiæ carnalis conſiſtat. Sicut enim homines, qui eis utuntur, in graviſſima peccata prodigalitatis, gulæ, intemperantiæ, & carnalitatum incidunt, ſic Coci, qui illa præparant, tanquam peccatorum graviſſimorum Miniſtri, in ſtatu damnationis vivunt, peccatis multis mortalibus irretiti.

2. Peccant ex indirecto, qui cibos ita alterant, ut ſæpe ſanitati hominis noceant, ex ignorantia quidem condimentorum, quæ ſanitatis venena ſunt, quorum tamen rationem ex vi artis ſuæ habere tenentur.

TITV-